



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

Capvt .i.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

De oim gentiū ritibus.

DE ORIGINE HOMINIS OPINIO

THEOLOGORVM VERA. CAPVT. I.



IVINA Maieftas, quū cœlum, & hanc vniuerſi faci-
ciem/que ab ornatu, & eleganti forma mundus ap-
pellata eſt: ac omnia quæ illius ambitu comprehen-
duntur: quinto creationis die abſoluiffet, ſexto homi-
nem maſculū, vt eſſet, qui illis & peſſet & fruere-
tur nobiliſſimū animal fecit: vnū omniū animantiū qđ
cœleſtem mentem ſortitū eſt. Illi, qđ ex rubentis ter-
ræ vena fieri contigiffet, Adami nomen dedit: tum

Adamus

Mundus vn-
de appellat⁹

Primorū pa-
rentū origo
& appellatō

Paradiſus a
moeniſſim⁹
locus.

Protoplaſto-
rum vita
Cainus pri-
mogenitus

Cataclyſm⁹
pp̄ter hoīm
deprauatam
vitā immiſ-
ſus

Diluiū quā
diu durauit

Noe propa-
gatio

Noe filios
ac nepotes
habita tum
transmittit.
Arabus
Petreius
Canaan
Tuiſco
Iſter & meſa
Archadius
Emathius.
Comerus
Gallus
Samotes

mulierem ex dormientis Adæ lateræ depromptā, ne ſolus eſſet, illi in ſociam
& coniugem cōmiſit: ſimulq; in amoeniſſimā terræ partem conſtituit: flumi-
nibus quæq; verſus irriguā. Locus a viridante facie, hilariq; alpectu paradi-
ſus eſt Graia voce appellatus. Primo beatiſſimā vitam agere: malorū omniū
expertem, terra ſua ſponte ferente omnia. Cæterū lege aberrantes amoeniſ-
ſimo incolatu, ſedeq; illa beatiore depulſi, ſolum flebiliter vertere. Cohibita
deinceps & tellus eſt, cum nihil vltro ferret amplius, per ſudorem & erumnā
vitam agere: ſubijt inde morbus, tentareq; coeperunt frigora & æſtus huma-
na corpora. Cainus primo ex his genitus: ſecūdo loco Abelus: & tum multi-
aliq; ita adoleſcente mundo, quū iam terra frequentius coleret, quo maior hu-
manarū gentiū vis erat, eo magis vitia inualeſcere, vitæq; in peius labi, iniu-
ria pro innocentia haberi cœpta eſt, pro pietate numinis contemptus, eoq;
ſcelus ipſum proceſſit, vt deus (vix Noe vno mortaliū iuſto reperto, quem
pp̄ter hoc cum domo ſua ſeruari voluit, vt eſſet per quem humanū genus
ex integro reparari poſſit) cataclyſmū immiſit, qui inundatione oēm terram
opertam, vna clade oīa animantia, quæ tunc in terris fuere, præter admodū
pauca, quæ myſtica nauis tuebat, cum volucris etiā extinxit. Poſt quinos de-
inde meſes, quibus ea inundatio ſequit, arca in Armenijs montibus deſedit,
Noe cum ſuis in terrā egreſſus, mortale genus breui tpe, pp̄titio numine re-
parauit & vt rurus omnis terra incoleret. Filios, nepotes, ac p̄nepotes alios
ad alias terrarū oras velut in coloniās habitātū miſit. In Ægyptū (vt Berofus
habet) cum colonijs Chami Eſenuū, in Libyam & Cyrenen Tritamem, & in
totā reliquam Aphricā Iapetum Priſcum, Atalaa in Aſiam orientalem mi-
ſit, Cangem, cum aliquot ex filijs Comeri Galli, in Arabiam ſcelycem Sabū
cognomine Thuriferū, Arabū præfecit Arabiæ deſertæ, & Petreū Petreia:
Canaan poſuit in Damasco vſq; in extrima Paleſtinæ: In Europa regem Sar-
matiæ fecit Tuiſconem a Tanai ad Rhenum flumen: iunctiq; ſunt illi oīes
filij Iſtri & Meſæ cum fratribus ſuis ab Adula monte, vſq; in Melembeniā
Ponticam: ſub quibus tenuerunt Tyras Archadius Emathius Italam,
Comerus Gallus: Samotes poſſedit Celtas, & Iubal Celiberos.

Ferilitas
terræ cur
cohibita

Adoleſcē
te. i. creſcē
te

Cataclyſ-
mum. i. di-
luuium
Myſtica
.i. figura
eius

Eſenus
Tritamem
Iapetus,
Araba
Ganges,
Sabus.

CHRON
Eusebio
Q. C. V. P.
L. Proh...

fuit breuis illa & immatura filiorum alienatio a progenitoribus: quorum uiuendi ritus & mores nondum adhuc satis imberant omnis diuersitatis, que sequuta est, causa. Chamus siquidem ob ludibrium, quo patrem habuit, cum vxore & liberis profugere coactus: in ea Arabiae parte consedit: que ab eo postea nomen sortita est: posteris nullum sacrorum ritum tradidit: cum nullum a patre accepisset. vnde factum: vt quū procedente tempore alij post alios ex ea terra rursus velut in colonias missi: diuersa mundi loca tenuissent (creuit enim supramodum abdicata soboles) quidam in errores inciderint in extricabiles: lingua variata est: cognitio veri dei, & omnis cultus perijt. Adeo q̄ quidam in culto & barbaro modo, vt audies, vitam duxere: vt quid differentiae inter eos, & syluestria animalia exiterit vix videas. Qui in Aegyptum transiere coelestium luminum motum pulchritudinemq; mirati solem & lunam: velut certum ipsis numen inesset: pro dijs colere cœperunt. Isidem hanc: illum Osyrim nominantes. vitali spiritui etiam sub Iouis appellatione: sub Vulcani igni: Aetheri sub Palladis: sub Cereris telluri alijsq; sub alijs nominibus diuinos honores tribuere. Nec tenebrę illarum tantum in Aegypto steterunt: sed quascunq; a principio terras tenuerunt a Chamo precreati: verę pietatis ignorantia simul & infanda seruitus cœpit. Cæterum nulla vnquam tellus plurium fuit coloniarum mater: q̄ Arabia pars illa: q̄ is cum suis indit: tantam humano generi cladem intempestiuum vnus attulit exilium: Contra Semi & Iaphetis prognati: legitime a maioribus instituti: modicis finibus contenti: haud tam late: vt illi: sunt per omnes terras euagati: Quo accidit, vt veritatis studium, pietatis dico & veri dei cultus apud vnam duntaxat gentem ad Messiaę vsq; tempora in occulto permanisset.

De Origine hominis Opinio Etnicorum
falsa. Caput secundum.

Veteres vero illi Philosophi, qui præter veri numinis cognitionem, ante multa sæcula naturam & historias tradiderunt, de hominis origine aliter senserunt. Quidam enim mundum ingenitum & incorruptibilem & genus humanum ab æterno exiisse: neq; habuisse ortus principium credidere. Quidam genitum corruptibilemq; arbitrati. & homines dixerunt generationis initium tempore esse sortitos. Nam a rerum primordio & cœlum & terram vnicam habuisse ideam immixta eorum natura. Exinde distinctis inuicem corporibus cœpisse mundū / hunc ordinem, quem videmus. Aerem quidem motum hunc continuum sortitum: & ignea partem eius superiora loca, ppter leuitatem, appensisse. Eadem causa solem astraq; cætera cursus suos sortita. Quod vero humori mixtum eodem stetit in loco, propter grauitatem, quæ cum mixta essent, ex humidis quidem mare effectum. ex durioribus vero terram lutosam euasisse: & omnino mollem: Hæc primum quum solis ardore densior euasisset: eius postmodum superflue vi caloris tumefacta multis in locis humores quosdam esse concreatōs: in

Vnde morū
& linguę di
uersitas orta

Chami imo
maturū exi
lium

Hoies a bru
tis nō disse
rebant

Sol & luna
diuinos ho
nores conse
cuti

Isis Luna
Osyris Sol

Aer Iupiter

Ignis vulca
nus

Aether pallas

Terra Ceres

Arabia mul
tarum colo
nariū mater

Semi & Ia
phetis pro
gnati

Quare veri
dei cultus ap
ud tā pau
cos pmanisset

Philosopho
rum de mun
do duplex o
pinio

Leuia super
iora, grauia
inferiora ap
petisse

B